

1501.



24
DISPUTATIO EXTRAORDINARIA
Iuridico-Politica,

VERAM ET FALSAM
RATIONEM STATUS PO-
LITICI, EX IVRE PUBLICO ET
PRIVATO DESUMPTAM COMPLECTENS,

QVAM

Diuina fauente Triade

PRÆSIDIBVS ORDINARIIS
Clarissimis & Consultissimis VV. ac DD.

D. ALBERTO RENSING, Cæsaris Insulano, &

D. CONRADO KESSEL, Colon. SS.

L L. Licentiatis, respectiuè Dictatore

& Fisco dignissimis, &c.

*In peruenusta Vbiorum vniuersitate Legum nutrice celeberrima,
publico examini, submittit*

DANIEL AB HATZFELDT zu Schonstein.

Anno M. DC. XXXVII. Calend. Octob.



COLONIAE AGRIPPINAE,

Typis Arnoldi Kempens. Anno 1637.





SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO

Principi ac Domino.

D. FERDINANDO

ELECTO ET CONFIRMATO ARCHIEPISCOPO

*Coloniensi, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, & Prin-
cipi Electori, Episcopo Paderbornensi, Leodiensi, & Monasteriensi. Ad-
ministratori Hildesheimensi, Stabulensi. Comiti Palatino Rheni, utrius-*

que Bavaria, Westphalia, Angaria, Bullionis Ducis Marchioni,

Franchimontensi. Comiti Loffensi, Longiensi & Hornensi.

S. Sedis Apostolica Legato Nato, &c. Domino

meo Clementissimo.

SERENISSIME PRINCEPS, CLEMENTISSIME D.



Vam verè, sapienter, prudenterque dixe-
rint Antiqui Philosophorum Coriphæi,
Rationem semper hortari ad optima; experi-
mento cognoscunt, qui in Ciuili Politica vita, hi-
sce præsertim turbidis temporum nebulis versan-
tur, dum tantas, tamquam graues, eorum: Quæ pio
non minus, quàm verè sapienti proposito, Antiquæ
sapientiæ Patres, ac Duces *ad maiorem DEI glo-
riam, Reip. fœlicitatem, subiectorumq. salutem,* mul-
tis lucubrationibus inuenère; deformes cernunt
abusus, tot anfractuosos, *vera Politia,* circuitus, ac
iniu-

iniuriosa raphismata, vt vix quæ vera, quæ uè falsa,
status Politici ratio fit, distinguere, minus ad pra-
xin reducere norint; Alij studijs suis multa ab utili-
tate, laudis, alij necessitatis, paucis verò salutis lar-
giuntur Encomia, & argumenta.

Vnde dum ego paucis ab hinc annis, detritis
humaniorum litterarum, & aculeatæ Philosophiæ
spinis, ex ouo inferiorum studiorum exclusus, ad
altiora animum appellere conarer, instinctu que
rationis maturioris, ad optima inuitarer, & additis,
licet necdum ad volatum fat firmis, ac maturis
plumis prouocarer; ad hoc si non audacibus trepi-
dis nihilominus, quod *Audaces fortuna iuuat*, an-
nitendum studium pennis, operæ pretium ratus
sum, in quo *ad maiorem DEI gloriam, Anima salu-
tem, Reip. & proximorum felicitati* simul prodesse,
in partibus conuenientibus, valerem; Quod meo,
reliquorum, inter sciētias naturales, saluo Iudicio,
studium est Iuridico-Politicum, *quam rationem
status* veram hodiernis appellant moribus, hoc si-
quidem & olim, & nunc apud bonos Principes,
Regentes, & subditos adeò semper in pretio habi-
tum, vt, sicut; Cic. teste, *Domus Iurisconsulti, totius
ciuitatis oraculum* habita fuerit, à quâ tanquam ab
Apol-

Apolline Responſa, vitæque conſilia poſtulantur;
ita Domus veri Politici iure queat appellari Offi-
cina, ex qua Reip. leges & firmamenta, deproman-
tur; vt non minus, boni communis amans, Rector,
pro bono Politico tuendo, & conſeruando extre-
mum ſit additurus diſcrimen, quam, Iuridici ſtudij
præcellentiam, Alexander Seuerus Imperator co-
gnofcens, pro Vlpiano Iureconſulto, corpus ſuum
periculo vitæ, contra militum irruentium ac Vlpianum
internecare volentium, vim obiecit, eum-
que protexit.

Cum itaque Princeps Sereniſſime, Domine
Clementiſſime, in huius præcellentis ſtudij pri-
mordialem arenam & luctã deſcendiſſem, diutius
cunctãdum, nec inertis more militis, ſtandum, ſed
quid valeat humeri, quid ferre recuſent probandum
dixi, vt que arte necdum percepiſſem, exercitatio-
ne aſſequi conarer. Sed quò ſine Duce Miles, ſine
Archistratega Imperitus tendat Pugil: victas hoſti
venienti manus præbeat, & ſuccumbat, neceſſum
eſt. Vmbone ſub quo tutus deliteat, opus eſt. Quis
illenifi Serenitas Tua Politicorum Idæa, genuinæ
Politicæ norma. Emiſſurus itaq; primi certaminis
mei Politici primum ſpecimen in lucem, id Tibi,
Sere-

Serenissimo Principi ac Domino meo Clementis-
simo, acerrimo veræ Politix propugnatori, eâ quâ
par est reuerentia ac animi submissione, arctissimæ
memor obligationis, offerre, dedicare, humillimè
consecrare debui, sperans virtutum tuarum excel-
situdine fretus, sicuti ab alijs Politioris tamen litte-
raturæ, dedicata Tibi Clemētissime acceptas, Cel-
situdinem Tuam primum hunc meum conatum,
benigniori dignatū obtutu, clementissime admis-
suram; in quo ob ingenij, & virium tenuitatē, gran-
dia licet sperari non possint, in hoc solo tamē, quod
Tui nominis splēdori inscriptus, pol, sat erit super-
que, grandis, cothurnatus, gloriosus. Interim DEVM
Opt. Max. animitus precor, vt sicuti à primo furē-
tis Aquilonis impetu, in Aquilæ cædem excitato,
Diocoësin hanc Tuam, insigni Paternæ vigilantie
oculo custodiuit, & in *Auita fide* conseruauit, ita
prosperis rerum Tuarum successibus perpetuum
felicitatis tenorem, secundosq; exitus, accommo-
det. Colonia Anno supra Millesimum Sexcentesi-
mum, Trigesimo Septimo.

Serenissima, & Reuerendissima Celsitudinis Tuæ

Humillimus Cliens

Daniel ab Hatzfelde Aut: & Respond.





P R Æ F A T I O.



Vandoquidem iuxta Socratem apud Xenophontem, generosum sit & omni favore dignum ingenium, cui disciplinae verae politicae, quae seminarium perfectae Theologiae subministrant, cordi sunt, huic ego in hac potissimum scholastica velitatione, tam praeclearae ac heroicae disciplinae iugo animum subdens, pro modica ingenij mei dexteritate, eiusdem certamina experire sategi, quaecum iuxta Aristot. *lib. 1. Ethic. cap. 2.* maximè Architectonica sit, & alias disciplinas sua excellentia longè antecellat, sine qua nec Iureconsultus in publico rectè stare, nec Senator in toga ornatus esse, nec Princeps populum sibi commissum, rectè gubernare potest, vnde Arist. *l. 1. polit. cap. 2.* Deum dicit populi sui politiam legibus fundasse, nam sicuti gubernatori navis, cursus secundus, medico salus corporis, Imperatori victoria,
* ita

ita moderatori Reipub. beata ciuium vita pro-
posita est, vt opibus firma, copijs locuples, glo-
ria ampla, & virtute honesta sit Respubl. Cic.
lib. 5. de legibus.



EPI-

EPIGRAMMA
PRÆNOBILI ET GENEROSÆ
HATZFELDICÆ FAMILIÆ
inscriptum.

Hatzfeldianis *cera vernans* floribus
Hatzfeldiano *cera nixa* cardine
Domus auitæ stemma, stirps prænobilis
Obscura non times; ruinam nescies.
Vernas Rosis suffulta stas repagulis;
Pedum regis, Mitras tenes ac Infulas
Episcopales, Martium tibi Sagum
Est gloriosum, Diua purpuram, Togam
Spondet tibi Themis, Politico tuum
Ut Daniele exercet in certamine;
Politicos falsos docens discernere
A candidis, Rempublicam à Tyrannide.
Bellè est, tenebis Infulam, Sagum, Togam.

Honoris & Observantiæ ergò ab
Egone Gaill Molshemio, SS.LL.
candidato.

*

2

PRAE-



PRÆNOBILI ET STRENUO IUVENI VIRO

D. DANIELI AB Hatzfeldt/
zu Schönstein/

HEROICARVM VIRTVTVM SECTATORI,
Ciuilis scientiæ cultori, Fautori & amico suo, de vera &
falsa ratione Status Politici dissertanti.

Recta sequi, tum iusta loqui, tum vera tueri,
Efficiunt solum regna virere diu,
Sic Hatzfeldiacus flos nobilitatis auitæ.
Ortu Marte satus, comptior arte redit,
Præbens optatos maturo tempore fructus
Quondam quos Atthis, Roma vel vlla tulit,
Affectus, æstus, fastus fremitusq; furentes
Euripos varios quos vaga corda cient,
Tranquillat, sedat, leui moderamine placat,
Aut rigido imperio frenat & arte domat,
Ac fausto cunctos reparat medicamine lapsus
Quos domuisse parum est, edocuisse decus.
Hoc pede si pergat, sic quæ politeumata præbent
Expectet præter nobilitatis opes,
Lux, decus, auxilium, studiosis, artibus, orbi,
Fulge, viue, vige mactæ labore vale.

Benevolentia testandæ ergo
adiecit Colonia

Melchior Kessel LL. Peritus.

THESI

THESIS PRIMA.



Politia, quæ alijs ratio status dicitur, est prudentia, rectè gubernandi, augendi, & conseruandi Rempubl. ad Dei gloriam & salutem Ciuium ordinata, D. Wilh. Ferdin. ab Efferen *in suo manuali polit. puncto 1.* dicitur prudentia, quia verè sapientissima (in conseruanda forma corporis politici, iuxta illa quæ notat benè memoratus, D. ab Efferen *dict. loco & lib. 3. punct. 2.*) requirit & exposcit consilia, per illa quæ Reuerend. Pater Adamus Contzen *lib. 3. polit. cap. 2. §. 1.* notat.

II. Obiectum huius est Resp. seu Ciuitas, quæ D. Thoma. 1. 2. q. 90. art. 2. *conclus.* dicitur perfecta communitas certo ordine collecta, hominum iisdem legibus seu statutis à iustitia & æquitate non alienis, inuicem deuincta multitudine, describitur, Philip. Hænon. *diff. polit. l. 1. Thes. 3.* cui ataxia seu confusio contraria est, quæ domos perdit & vrbes, *iuxta Sophocl.*

III. Ciuitatis nomen hoc loco non tantum pro multitudine mœnibus circumsepta capitur. *iuxta l. 2. ff. de verb. signif. & Bart. in l. 1. §. siue autem 14. n. 2. ff. de operis nou. nun.* sed latius intelligitur, prout scilicet Imperia, Regna, Principatus, Ducatus, Comitatus, & similia, quæ sub vno capite vel pluribus viuunt, & reguntur. D. ab Efferen *dicto p. 1. §. superest.* Reuerend. Pater Contzen *polit. lib. 1. cap. 3. §. 1.*

IV. Longè tamen ab hac arte seu scientia arceri volumus illam rationem status, qualem malo fundamento quidam, consilium Arcanum, Regibus & politicis reseruarum esse dicunt, quo in omnè euentum actiones suas sinistras excusare & defendere conantur, D. ab Efferen, *dict. punct. 1. §. non malè. §. vbi illud secretum Regibus & Principibus sæpè tam gratum dicit, vt diuinis quasi & humanis legibus soluti, in grauissima mala & pericula sese præcipitent, ac seduci patiantur, Contzen. lib. 1. polit. cap. 5. §. 1. Georg. Schonborn. lib. polit. 3. cap. 24.*

V. Quod non immeritò idolum Principum vocant, quia sicut pro vera politia colitur, ita colentibus se malum plerumque exitum præbere solet. Efferen, *dict. loco.* Dominus interim regnat in æternum. *Exodi 15. vers. 8.* & Princeps cum Deo regnans, inuictus est. Contzen *dict. lib. 1. cap. 6. §. 4.*

VI. Diuiditur autem prædicta ratio status, primo, quod alia sit vera, alia falsa, Bart. *in tract. de Regim. Ciuitat. n. 3. & 4.* prima secundum Deum, per honesta licitaque media, & veras virtutes, Regem, Principes, Magistratum, eorumque subditos, ad vltimum vitæ finem, æternam scilicet salutem, & temporalem prosperitatem prudenter dirigit. Contzen *dict. cap. 3. §. fin.* Bart. *dict. loc. nu. 8. per l. congruit. 13. ff. de offic. pres. & cap. deinde 2. Nouell. 17.*

VII. Falsa est quæ Deo neglecto fortunam adorat. conseruationem Reip.

supremam legem constituit, & pro illa omnia media vndecunque quaesita, iusta vel honesta ex sola utilitate meretur, Efferen. *dict. lib. 1. pu. 2. §. falsa, & punct. 10. passim.* & in hac, timor Dei exultat, iuxta illud Ouid. *lib. 14. Metamorph.*

——— *Sors vbi pessima rerum est;*

Sub pedibus timor est securaq; summa malorum.

VIII. Deinde diuiditur, quod alia sit Ecclesiastica, alia Secularis, seu Laicalis, vt *Textus pulcher in cap. cum ad verum. 6. & cap. duo sunt. 10. dist. 96.* Ecclesiastica est quæ duce Spiritu S. sub vno summo cap. Vicario Christi, per subordinatam harmoniam personarum & legum, omnia humana, Reges, Principes, & subditos, ad Dei gloriam & salutem animarum instruit, sacrificijs præest, & diuinis intendit, *dict. cap. 6. & 10.* Secularis seu Laicalis est ea, quæ in regno, principatu, vel ciuitate, homines ad honestatem moralem, pacem publicam & felicitatem propriam ordinatè disponit.

IX. Species autem politiæ legitimæ & probatæ sunt tres, Monarchia, Aristocrata & Democratia, *politici communiter.* Monarchia est Imperium vnius, quando scilicet vnus Imperator, Rex vel Princeps, legitimè ad hoc natus, vel electus, bonis legibus imperat. *Contzen lib. 1. cap. 14. §. 2. & cap. 15. §. 21.* qui status habetur optimus, *dicto §. 2. Bart. in dict. tract. sub num. 8; in fin. & num. 11. Efferen. dict. lib. 1. p. 2. §. Imperium,* cui tyrannis seu violens dominatus opponitur, *sup. cit. loco.*

X. Altera est Aristocrata, seu Imperium optimatum, quando pauci, illique selecti & optimi, Rempublicam administrant, *Arist. lib. 4. Ethic. cap. 7. Contzen. dict. lib. 1. cap. 15. princ.* cui Oligarchia, quando scilicet non optimi, sed ditiores ac potentiores impotentioribus dominantur, opponitur. *Bart. sub num. 4. & 5, Efferen, & Contzen. dict. loco & idem Contzen cap. 18. princ.*

XI. Tertia, Democratia seu popularis Respub. est, quando & populus Magistratum gerit, & pauperum seu singulorum utilitatem, in communi profine constituit, *Contzen dict. lib. 1. cap. 19. princ. & cap. 10. princ.* nam recta intentio regentis tunc est, quando considerat bonum publicum magis quam proprium. *l. vnica §. hac autem 14. Cod. de caducis tollend.* alias singulæ suas habent qualitates, vt status Regius virtutem, optimatum diuitias, democratia libertatem, *Auth. de iure princ. concl. 6. lit. A.*

XII. Ex quibus tamen politiæ speciebus, Remp. illam dicimus optimam, quæ est Monarchia ex Aristocrata temperata, *Contzen lib. 1. cap. 21.* quia hæc tyrannidem impedit, & subditos ab oppressione potentum studiosè liberat, qui debet esse finis regentium, vt scilicet subditos suos in personis & bonis suis defendant ac tueantur, *text. pulcherrimus in cap. vnic. princ. de prohib. feudi. alienar. per Lothar. Item in cap. vnic. de prohib. feud. alien. per Frideric.*

XIII. Hiss

XIII. His itaque præmissis non inconuenienter quæritur; vtrum Princeps vel Respubl. sit soluta legibus, & cum diuersæ sint legum species, scilicet naturales, diuinæ & humanæ, hinc dicimus principem legibus quidem posituiis, humanis generalibus, quarum ipse condendi & abrogandi potestatem habet, solum, non autem naturalibus & diuinis, quas si offenderit, grauius peccat, quam subditus, Contzen *lib. 5. politic. cap. 28.* Cum reliquos in familia trahat, suo exemplo, *Iuxta Claud. Regis ad exemplum reliquus componitur orbis.* & licet alij statuunt, principem legibus directricibus quidem, non tamen coactricibus, quia nemo eum cogere possit, si nolit obligari, solum, attamen hoc solum transire admittimus, quo ad forum fori, non autem quo ad forum poli, per illa quæ notat Contzen, *dicto cap. 20. § 3. & § 7.* alias nihil tam proprium est Principis, quam legibus viuere, *cap. 2. distinct. 9. l. digna vox. 14. Cod. de legibus, l. 3. Cod. de testament. l. 23. ff. de legatis 3.* & licet alias dicatur in Nouella, *105. cap. 2. in fine.* quod Deus ipsas leges Principi subiecerit, idque tamen vsque adeò verum est, vt eis obediat, aut si malæ & iniquæ sint, eas tollat. Contzen, *dict. cap. 10. § 11.* Ferdinand. Vasq. *lib. 1. controuers. cap. 26. num. 13. & seqq.*

XIV. Occasione huius disputatur; vtrum ratione status aliqua licita sint, quæ alias prohibita? quod (extra casum summæ necessitatis, seu grauissimi imminentis periculi, *iuxta caput. peruenit 2. & gloss. ibid. extr. de immunit. Eccle. 1.*) absolutè negamus, per ea quæ verè, doctè, & solide notat D. ab Efferen. *dict. Manuali polit. lib. 3. punct. 4. § si princeps.* sicut & quilibet priuatus, primam curam conscientie & salutis æternæ habebit, & Christianis summa ratio non est, quæ pro Respubl. militat, sed quæ pro Dei gloria facit, affirmatio Atheorum est, *dict. p. 4. Pater. Contzen. dict. l. 5. cap. 22. passim.* qui nec Deum timent, nec veram Religionem habent, nihil sanctum, nihil solidum, nihil verè honestum, sed virtutes, quas habere putantur, artificio Demonis fingunt, D. Efferen *d. li. 3. p. 5. § ad quartum,* apud quos vt aiunt:

Vsque adeò nunc est odiosa professio veri,

Vt possis vero, vix reperire locum.

XV. Hinc sequitur iustitia, quæ est constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi, *inst. de iust. & iur. prin. l. 10. ff. eodem,* hæc duplex est distributiua, quæ circa præmia & pœnas versatur, & dicitur videns, quia personarum qualitatem respicit *Wesemb. par. ff. de iustitia & iure, sub nu. 11,* & commutatiua, quæ circa contractus & negotia agit, & dicitur cœca, quia omnibus indifferens est, & hæc vt ritè & rectè administretur, requiritur sana fides, charitas Dei, & dilectio proximi, *cap. vbi sana. 29. caus. 24. qu. 1.* quam si Principes & Magistratus, rectè subditis, sine sordibus administrauerint, multis affluent bonis, sin seorsus, Iustitiam in potentiam peruerterint, subditos oppresserint, indebitè gra-

uauerint, eorum personis aut bonis nocuerint, plurimis subiacebunt malis, Ferdinand. *Vasq. in presat. ad. controuers. num. 16. & seq. D. Efferen. dict. punct. 6. pluribus. Contzen. dict. lib. 3. cap. 6.*

XVI. Iurisprudencia autem, quæ modū Iustitiæ rectè riteque administrandæ docet, est rerum diuinarū humanarumq; scientia, iusti atq; iniusti notitia. *S. 1. instit. de iust. & iur. l. 10. S. 1. ff. eod. cuius finis & totalis intentio est, in vita Ciuili, conseruare Iustitiam, quæ est sanitas Politiarum Sapien. ca. 6. vers. 16. Wesemb. parat. dict. loc. nu. 2. hinc Iustitia respectu Superiorum, est ratio rectè gubernandi; in subditis, ratio rectè obediendi, per ea quæ notat Wesemb. dict. loc. num. 3. cuius clauis amittitur quando delicta maiorum non puniuntur, iuxta Bart. in l. ad splendidioris. 7. n. 1. C. de diuersis offic. & apparit. iud.*

XVII. Aliter iustitiam diuidunt, quod scilicet alia sit vniuersalis, quæ est vniuersalis obedientia, erga omnes leges, diuinas, & humanas, de qua Iohan. ca. 3. vers. 7. *ibid.* qui facit iustitiam iustus est, qui facit peccatum, iniustitiam scilicet, ex Diabolo est, Efferen *dict. punct. 6.*

XVIII. Alia particularis, quæ ordinem personarum tuetur, & in contractibus æqualitatem efficit, veluti cum dicimus, iustum & conueniens esse, ut docti & eruditi ad gubernacula Reipubl. promoueantur, aut mercatorem esse iustum, qui non defraudauit emptores in contrahendo, prout Gen. 3. vers. 33. inquit Patriarcha Iacob, cras respondebit tibi iustitia mea, & similia *Wesemb. sub num. 3. in fine.*

XIX. Iustitia autem vniuersalis triplicem habere considerationem seu respectum; scilicet ordinem hominis erga Deum, cui ut conditori omnia debet, quo respectu Theologica est, & Iustitia iustificans, id est, iustum faciens vocatur: *Mart. Becan. in man. controuers. huius temp. lib. 7. cap. 16. circa finem;* Alter respectus hominis erga seipsum, quo Ethica est; tertius hominis, quatenus ad vitam ciuilem natus, ad leges, Magistratus, cætorosque conciuies suos aptatur, ut harmoniam ciuilis consociationis perficiat. *Wesemb. dict. loc. sub num. 4. vers. tertius ordo.* Quia dilectionem proximi per omnia respicit, & hæc tantæ necessitatis est, ut ne quidem latronum societas sine Iustitia consistere possit, & maxima regna sine Iustitia maxima latrocinia fiant. *D. ab Efferen. lib. 3. p. 6.* licet enim latrones pessimi sint, quo ad obuios & interceptos, Iustitiam tamen inter se seruare tenentur, qua illorum societas conseruetur.

XX. Vnde sicut Princeps summus Iustitiæ minister, primas obtinet, ita alterum locum ab eodem constituti vel delegati Iudices, qui secuti à Iure dicendo dicuntur. *l. 1. ff. de Iuris. l. si filius. 12. ibid. Ius dicenti. ff. de vulgari & Pop. substir. & Sacerdotes Iustitiæ. l. 1. S. 1. ff. de Iustit. & Iur.* ita hostias immaculatas offerre, non aliter, quam legibus, constitutionibus, aut bonis & approbatis moribus pro-

pro-

proditum sit, iudicare debent, *instit. de offic. iud. princ.* Gail. lib. 1. obs. 36. passim, & lib. 2. obs. 31. n. 2. in quo enim non est iustitia, Iudicis nomine indignus est. *text. in ca. 7. foras, 10. §. Iudex de foro compet. cap. iudicet, 4. caus. 13. qu. 7.* Gail. 2. obseru. 76. num. 7. ibidem in fine addit, qui iudicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est.

XXI. Hinc non immeritò quæritur, vtrum Princeps, intelligens officarios suos malè in officijs versari, iniquè iudicare, fauore, odio, muneribus, alijsque Iudicum sordibus seduci, seu auctoritate sibi concessa abuti, teneatur in conscientia de ipsorum delictis affirmatur simpliciter, quia non minus mandando, quam conniueno, aliorum peccata nobis imputantur. *text. & argum. in l. si seruus 2. princ. & l. seq. ff. de noxal. action. text. pulcher. in cap. licet Heli. 31. extra. de simon.*

XXII. Quibus præmissis merito mouetur: an iudex secundùm allegata & probata, an vero secundùm conscientiam iudicare debeat, & respondemus, illum nunquam contra conscientiam, & nunquam contra allegata & probata iudicare debere, *per text. l. illicitas. 6. §. veritas 1. ibidem gloss. in verb. veritas. lit. 1. ff. de offic. presid. l. eum quem. 79. §. 1. de iudicij,* cum secundùm veritatem iudicare debeat, & conscientiam suam ex allegatis & probatis informare; *Bart. in l. minor viginti quinque annis. 33. sub num. 1. ff. de minorib. nec aliter sentire, quam iustitia purè & castè obseruata, iuxta subiectam materiam, sentiendum suaserit. Nouell. 125. cap. 1. ibid. perfectum suscipiat terminum.*

XXIII. Hic dubitatur, quid igitur faciendum iudici, qui fortè sciuerit rem aliter esse gestam, quam allegata & probata suaserint, vtpotè quia interfuit, vidit? Respondetur contra diuum Thomam in 2. 2. qu. 64. art. 6. ad 3. consilium esse iudici, vt in tali casu, se quam honestissimè possit, causæ abdicet & à sentiendi onere exoneret, alterique deleget, aut personam testis assumat. *Iason in §. sin minus. 34. num. 15. sub fine. Instit. de actionibus.* quam cautelam optimam in casu dubio dicit Hotomannus, *quest. Illustri. 27.* quia æquitas per se ipsam luget, dubitatio autem iniuriæ cognitionem adfert, nec obstat *cap. Deus omnipotens. 20. caus. 2. quest. 1.* quia omnis Christi actio nostra est instructio, ideo Deus noluit nobis exemplo deesse.

XXIV. Prædicta ramen thesis limitanda esset, si iudex esset supra legem, vt si Papa, Imperator vel Princeps non recognoscens superiorem, aut à quo non daretur appellatio, cuius dictum pro lege haberetur, tunc enim semper secundùm conscientiam iudicare deberet, qualitercunque haberet illam conscientiam, siue ex alijs, siue non, alias peccaret. *Bart. in l. vnic. Cod. vt qua desunt aduocat,* referens sic dicere & tenere Theologos. *Iason. supra citat. loc. Et latè addit. ad Bart. d. loc. pulchrè Frideric. Balduin. de casibus conscient. lib. 4. cap. 126. cas. 6. pass.*

XXV. Quo

XXV. Quoniam tanta, tamque vehemens est controuersia, inter veritatem probationis & conscientiam, non immeritò quæritur; quid sit conscientia, & dicit Baldus in *Authent. ad hæc C. de vsucap.* quod conscientia sit sensus animæ cognoscentis bonum & malum, & sic nihil aliud quam dictamen rationis, & cognitio sui proprii cordis, dicitur enim quasi mens sibi ipsi conscia, & flos intellectus humani; vnde non immeritò quidam dicunt, quod sit Angelus humanæ menti præsidens. *de quibus Bald. in l. etsi inutiliter. Cod. de fidei commiss.* & id eò qui non habet conscientiam, non potest nec debet dici vir bonus, per notata Schneid. ad §. omnium. 1. nu. 19. & seqq. in *stit. de action.* adde elegantissimè de super discurrente Vincent. Caroc. *tract. locat. & conduct. part. 2. q. 124. dist. 6. c. 1. n. 58.* Pat. Frat. Paulin. Berti, in *praxi. Regular. criminal. n. 18. in nouiss. edit.* ibidem pluribus ostendit, quæ & qualis hodie sit Iudicum & Officialium conscientia.

XXVI. Hinc rursus quæritur, cum conscientia in omnibus negotijs, maxime tamen in iudicialibus, sedulò adhibenda sit, *text. in l. omnib. 90. ff. de reg. iur.* an Iudicis officium imperitis committi possit: quod quamuis fieri posse ex diuersis iuris nostri textibus, vt *l. certi iuris. 17. Cod. de iudic. l. expertes 6. Cod. de decurionib.* & alijs probari videatur, tamen id in ijs casibus in quibus fieri possit admittimus, quando imperiti quidem litterarum, non tamen causarum sunt, *iuxta Bart. in auth. de Iudicib. num. 4. & 5.* & in causis grauioribus Iureconsultos assessores aut Referentes adhibeant, quorum consilio sententias suas concipiant. *per text. & gloss. in dicta Nouell. 82. in princip. Hotom. Illustr. quest. 28. in fine.* cum alias conscientiam iudicis, vt iudicis verè habere non possint, *per cap. fin. caus. 2. q. 2. de pæn. dist. 6. cap. 1. pr.* Pat. Frat. Paulin. Berti, in *praxi. criminali Regul. tit. 2. cap. 10. num. 7. & 8.* alia enim iuxta doctrinam S. August. *lib. 19. cap. 7. de ciuitate Dei.* Ignorantia Iudicis, est calamitas innocentis.

XXVII. Quemadmodum iam vidimus, quomodo Iudex debeat esse vir bonus, iustus, ac timere Deum, doctus & conscientiam habere mundam! Paulinus Berti, *dict. tit. 2. cap. 11. num. 1.* ita restat videre de Consiliarijs, qui pars corporis Principis esse, *in l. quisquis, §. princ. Cod. ad leg. Iuliam Maiestat. & Costæ dexteri lateris, ibidem dicuntur, & ad latus Principis sedere. l. Iurisperitos. 30. ff. de excusation. tutor.* vnde Consiliarius bonus, optima Principis est possessio. Reuerend. Pater Adamus Contzen *polit. lib. 7. cap. 13. §. 7. & 8.*

XXVIII. Consilium est, congregatio selectorum hominum seu bonorum virorum, qui Principi pacis & belli tempore, quid quauis occasione agendum vel omittendum sit, consulunt, D. ab Efferen. *dict. man. polit. lib. 3. punct. 4. §. 1.* à quo consiliarij viri boni & prudentes dicuntur, licet iuxta Liui. *lib. 2.* pauci Reges, non regna colant, & plures fulgor conuoet aulæ. Contzen *dict. cap. 13. §. 7. versic. decima virtus.* Theodor. Reinck. *de Regim. secular. l. 2. class. 1. cap. 4. nu. 25.*

Vnde

Vnde beatus ille, —cui Prospera non inflant animum, nec aspera frangunt,
Sed fidei inuictæ, gaudia vera iuuant |

x x i x. Cùm enim Princeps sit homo sicut cæteri, Roland. à Valle *in tract. de inuentar. hered. part. 2. quæst. 3. num. final. ibid. clariss. Dom. Licent. Kessel, in addit. lit. B. latè. in sublimi gradu à Deo positus, vt scilicet se & populum sibi commissum ad præsentem & æternam fœlicitatem dirigat, mandatur illi à Spiritu Sancto, vt omnia agat cum consilio, ne dum immensum sibi impositum munus, humana fragilitate perficere nequit, sibi confidens cadat & pereat. Prou. 13. vers. 10. D. ab Efferen *dict. cap. punct. 4. §. 1.* sic quoque consilium debet esse castum & syncera intentione fundatum, non vt per se sit vtile, sed vt sit iustum, quia doctrina bona dat gratiam, Prou. 13. vers. 15. si enim consilium fuerit vtile, sed non iustum, corrumpit, *lib. 2. Regum 17. D. Efferen dict. loc. §. consilia 1. Reinck supra citato loco Philipp. Camerar. in horis subcisiuis p. 1. cap. 33.**

x x x Circa tria autem consilia præcipuè adhibenda sunt, scilicet circa res fidei & conscientiæ, & eo casu Theologi adhibendi, aut de rebus politicis & negotijs civilibus, publicis & priuatis agitur, ne lites protrahantur, voluntas potentioris pro lege admittatur, ne viduæ, pupilli, & innocentes opprimantur, & iureconsulti: si verò de rebus bellicis, qualiter bellum instituendum, dirigendum & finiendum; prudentes, versati expertique milites, quod consilium militare dicitur, adhibendi sunt, Efferen *dict. loc. & est text. in l. certi iuris, 17. Cod. de iudic.*

x x x i. Ab his tamen consiliorum congregationibus omnino arcendos Atheos statuimus, etiamsi politici; quos arcanos vocant, sæpè notabilem ex iisdem vtilitatem asserant, cum non publica, sed propria quærant. D. ab Efferen *dict. punct. 5.* quoniam ad vanam tantum gloriam & non ad perfectam pietatem tendunt, & sicut arbor mala, fructus non fert bonos, ita nec Athei, qui nec Deum, nec Religionem habent, & virtutes fingunt, omnia pro sua vilitate interpretantes, nihil sanctum, nihil solidum, nihil verè honestum suadere possunt, ideo non sequetur Princeps Christianus malè consulentes, sed Dei mandatis & legibus firmiter insistentes, Efferen *dict. punct. 5. Psalm, 25. vers. pen. & epist. 2. Corinth. 1. vers. 12.*

x x x i i. Consequens iam erit de Iudicijs despicere, iudicium autem est legitima definitio, iudicis potestatem habentis, vt iustâ eius sententiâ lis finiatur. D. Efferen *dict. lib. 3. punct. 7. cap. foras. 10. Extr. de verb. signif. quod aliter à iureconsultis describitur, quod sit legitima rei cõtrouersæ, inter litigantes, apud Iudicem disceptatio. Scardi. in lexi- Iur. verb. Iudic. cuius vocabuli quindecim significata. Duaren. in princip. huius tit. enarrat Wesemb. in para. tit. num. 5. de iudicijs, & C. eod. num. 2. Mart. Nauar. ad rubr. de Iudic. num. 14. pulchrè.*

x x x i i i. Iudicia autem à sua forma, diuiduntur, in ordinaria & extraordi-

B

dinaria

dinaria. Nauar. *dict. loc. num.* 17. vt in illis sollemnibus procedendi modus attendatur, in hisce non item, de quibus Marant. *part. 4. distinct. 5.* à fine diuiduntur, in ciuilia, in quibus ad priuatam communi principaliter agitur, & criminalia, quibus ad pœnam corporalem, aut pecuniariam fisco applicandam proceditur, *text. in §. in summa. ibid. Mynsing. num. 2. Sneid. & DD. instit. de iniurijs. est text. in l. final. de priuatis delictis. l. final. ff. de furt. & l. final. ff. de Iniur. Mynsing. cent. 4. obseru. 4. & seqq. Nauar. dict. loc. num. 31.*

xxxiv. In utroque tamen Iudicio, siue Ciuile, siue criminale fuerit, seruanda est iustitia, Nauar. *dict. loc. num.* 40. *latè*, sine qua nulla sententia valere potest. D. Thomas 2. 2. *quest. 60. art. 2. ad 3.* Paulin. Berti. *dict. tit. 2. cap. 11. num. 14.* congrua proportione, in Ciuili scilicet, arithmetica, in criminali geometrica, *per l. ferè 108. ff. de Regul. Iuris. l. si ad adulterium. 38. §. incestum. 7. ff. ad leg. Iul. de adult. l. aut facta. 16. §. persona 3. & seq. ff. de pœnis. Sneid. ad princ. instit. de Iust. & Iur. num. 3. & 4.* à qua iustitia propter rationem status falsam, quæ Idolum politicorum colit & adorat, nulla tenus recedendum est, per multa notata D. Efferen *dict. lib. 2. punct. 7.* ne scilicet humanum Iudicium, vanum & temerarium sit, amore proprio vel odio, alijsque passionibus & suspitionibus inflectatur. D. Efferen *dict. punct. 7. §. humanum.* Et secundum aurea verba Greg. apud Francis. Viuium. *meu potestatis alicuius loqui per timestimus. lib. 2. opin. princeps rescribens. 638.* vbi ad hoc propositum meminit Iudicis cuiusdam in Francia. *Cuius anima miraculosè quia nunquam inique iudicasset, in sola lingua reseruata fuit; vt sic, licet sine vera fide obijisset, sacro baptisate suscepto, saluaretur; & hoc respectu aliud iudicium iustum, aliud iniustum ab effectu dicitur, vt latè tradit Martin. Nauar. dict. tract. num. 71.* Nam sæpè non diu viuere, aut horrenda morte interire visi sunt, qui seueriores, ex passionibus proprijs sententias dixerunt, vt plura refert exempla Philipp. Camerar. *part. 1. cap. 100.*

xxxv. Sed cum iam visum sit de Iudicijs, consiliarijs & Iudicijs, in quibus prædictæ personæ agunt, non immeritò videndum est de ijs, quæ motu principis fiunt, & à subditis exiguntur: & rebus eorumque possessionibus imponuntur, Gail. *lib. 1. obseru. 21. num. 19.* vt sunt tributa, vectigalia, collectiones, quas Itali, Gabellas, Hispani, sissas, Galli Tallias & Gabellas appellant. Nauar. *dict. cap. 17. num. 202. latè.* D. Efferen *dict. lib. 3. punct. 9. princ. Contzen part. lib. 8. cap. 2. princ. tot. tit. & ibid.*

xxxvi. Cùm autem Principes Christiani, limitatam à Deo & legibus ad tributam habeant licentiam, cuius terminos sine graui peccato excedere non possunt, permittuntur ipsis exactiones tributorum, quando publica & inuitabilis est necessitas, bellum iustum, defensio Ecclesiæ Dei, & hostium violentia hoc requirit, *per cap. quid culpatur. 4. caus. 23. quest. 1. Ifferen dict. punct. 7. Contzen dict. cap. 7. text. in Nouell. 149. cap. 2.* quia tributorum & exactio-
nis

nis debet esse pax & tranquillitas publica, *dict. cap. 2. Gail. lib. 1. obser. 20. num. 6. per plura allegata.* Talia enim tributa soluens dicitur fidelis & deuotus, iuxta *Bart. in l. 4. Cod. de annon. & tribut.*

XXXVII. Quarum exactio-
num plurimos excessus ab idolo politicorum
excogitatos, enumerat *D. ab Efferen d. punct. 9.* scilicet dum non causa, vt causa
fingitur, suditi per ministros, sibi per talia media thesaurizantes, dolose cir-
cumueniuntur, libera subsidia blandè postulantur, & tamen secretis commi-
nationibus voluntati vis inferitur, paucis munera promittuntur, vt multitudo
inducatur & grauetur, cum ad speciem pauca petuntur, & quantitas concessa
multis passibus exceditur, quando pij prætexuntur fines, & tamen sanguis sub-
ditorum in pessimis vsibus consumitur. quando initio ad certum tempus ob-
tinentur, & postremo, in consuetudinem, imò legem etiam continuantur,
& alij quamplurimi, ob quos nulla benedictio Principem subsequitur, quæ in
fœlix industria adinuenit. *cap. principatus 25. caus. 1. quest. 1. de quibus Dominus ab Ef-
feren loc. citat.*

XXXVIII. Præterea requirimus in politico, id est, ex vera ratione status
Rempubl. regente, fortitudinem, quæ est virtus consideratè suscipiens pericu-
la & ferens aduersa; duplex, Actiua quæ versatur circa actiones internas, vt
sunt motus & passionés animi seu affectio nostri, quos qui superare & in ter-
minis legitimæ discretionis cohibere potest, sanè fortissimus est, iuxta illud:

Vincere cor proprium, plus est quam vincere mundum;

Su. fortior est, qui se, quam fortia mœnia vincit,

& Externas, vt sunt bella & offensiones reales, contra legitimos hostes susce-
ptæ, *D. ab Efferen. dict. l. 3. p. 10.* & passiuæ, consistens in ferendis aduersis, labo-
ribus & periculis, *D. Thom. in 1. 2. qu. 66. concl. D. ab Efferen dict. p. 10. quæ sine
iustitia non est commendabilis. Nouell. vt om. obed. Iudic. Pro. 69. vt Bart. ibid.*

XXXIX. Fortitudinem subsequitur temperantia, virtus inordinatis con-
cupiscentijs moderamen honestum imponens, *D. ab Efferen p. 11.* & clemen-
tia, quæ est virtus animum à pœna aut vindicta eum iudicio ad lenitatem in-
clinans & flectens, cui mansuetudo & misericordia vt sorores adiunguntur.
D. Efferen dict. lib. 3. pun. 12. & crudelitas, vtpote furor idoli politici, ediametro
opponitur *dict. Effer. cit. loc.*

XXXX. Hisce virtutibus succedit suo ordine, liberalitas, quæ est virtus in e-
rogandis opibus aut beneficijs, moderatam & quidem Geometricam. ratio-
nem seruans, *cap. fratrem. 6. & cap. non satis. 11. & seqq. dist. 86. D. Efferen d. lib. 3.
punct. 13. quæ ex libero animo oritur; 1. princ. ff. de donat. & dictis capitib. Deum, in-
finitam suam bonitatem in creaturis, in pondere & mensura, gratis commu-
nicantem, imitans, vnde Diuina, Nobilis, & decora vocatur, naturæ congeni-*

ea, nam quo animus nobilior, eo magis dare contendit, *cap. 2. de donat. in 6. Cic. li. 1. Offic.* Vnde Martialis *l. 5. Epigrammat.*

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis,

Quas dederis, solas semper habebis opes.

xxxxi. Contra quam conclusionem Idoli politici status homines insurgentes, dicunt; liberalitatis opinionem quidem esse bonam, vitandam tamen in proprijs, exercendam de alienis, quæ non liberalitas, sed superba rapina est *Cic. lib. 1. Offic.* rationem reddunt falsi status Professores, quod illa quæ de proprijs insumentur in detrimentum cedant, egestatem & consequenter contemptum pariant, ad prædas & rapinas impellant, quæ verò de alienis conferuntur, existimationem sine pretio promouent, ac Duces, Milites, amicosque gratos reddant. *Efferen dict. loco. Cic. lib. 1. Offic.* qui nihil aliud agunt, quam ut duo vitia simul conglomerent, scilicet in proprijs avaritiam, & in alienis ex malo bonum. *D. Efferen. & Cic. dictis locis.*

xxxxii. Hinc mouetur questio; an illa quæ in bellis acquiruntur, & quibusdam à Ducibus aut Victoribus dantur, eorum fiant, distinguendum: aut bellum est iustum. Et ea quæ victori cedunt, non amplius aliena sunt, sed iure belli propria victoris facta, iustè etiam dantur, & fiunt acquirentium. *tex. in §. item ea. 17. ibid. Ang. nu. fin. Mysim. num. 2. Schneid. num. 1. text. quoque in leg. naturalem, §. §. fin. l. adeo. 7. & leg. transfug ff. de acquir. rer. D. aut bellum est iniustum, & verè aliena bona in potestatem non veniunt victoris, igitur eorum quibus dantur non fiunt, sed delicta manent, & pœnam merentur. D. ab Efferen dict. p. 13. §. neque valet.*

xxxxiii. Hinc sequitur, quod Princeps quando dare vult, de proprijs & iustè quæsitis largiri debet, *cap. in sing. 19. distinct. 16.* quia si de alienis dederit, possessorem cum re vitio reali affecta, vitiosum efficiet. *§. furtiua. 2. Instit. de vsucap. l. fin. ff. de vi bonor. raptor. text. in l. vitia. 11. Cod. de acquirend. possess. l. 24. §. 1. ff. de vsucap.*

xxxxiv. Contra liberalitatem strenuè pugnant avaritia & ingratitude, avaritia est inordinata diuitiarum cupiditas, omnium malorum radix, *text. in cap. bonorum 1. & cap. sicut 8. distinct. 47.* est peccatum contra Deum, contra se, & contra proximum, *Diu. Thomas 22. qu. 118. artic. 1. ad 2. Hieron. Schurff. cent. 1. consil. 90. num. 12.* quam Idololum animæ, carnificem possessoris, seruitutem omnium durissimam, Diaboli laqueum, & viam ad æternam perditionem appellat Dominus ab Efferen. *punct. 13. lib. 3. politic. & Schurff. num. 12. Vincent. Caroc. dict. p. 2. quest. 124. nu. 58.* Vnde est quod raro vel nunquam rectè agit, nisi quando moritur. *d. cap. sicut. Schneid. ad parag. si peculium. 20. num. 4. Instit. de legat.*

xxxxv. Maximè tamen prædicta vera sunt, quando tetra illa victorum mater avaritia, iudicum animabus inhæret, uti est tex. insignis, *in Nouell. 8. pr. 2.*

& §. 1

& §. 1. text. notabilis & exemplaris in cap. Iudices, 23. caus. 1. quæst. 1. Caroc. dict. num. 18. latè. Abbas Panorm. in cap. Auaritia. 10. de Præbend. Schneid. d. loco, & quo magis emungunt, eò magis siriunt, iuxta illud Iuuenalis, Satyr. 4.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit,

Et minus hanc optat, qui non habet.

xxxxvi. Alterum liberalitatis impedimentum est, ingratitude, vitium non minus vile, quam perniciosum, ventus vrens, siccans fontem misericordiae, rorem pietatis & fructum gratiae, referente Panormitan. in cap. fin. de donat. quæ tollit debitum naturæ, text. in Nouell. 22. cap. optimè. 27. vers. si vero in fin. Ioan. de Amic. consil. 114. num. 20. quod ex avaritia & ambitione profluere dicit, D. Efferen. dict. loco. & nihil magis Principem aut Remp. ingratam facit, quam cupiditas retinendi aut ambitio alieni, vti patet exemplo Saul, qui cum mille & David decem millia occidisset, beneficium transiit in maleficium, meritum in pœnam, virtus in odium, 1. Reg. cap. 18. vers. 7. & seqq.

xxxxvii. Huius turpissimæ hydræ fructus sunt, hostilitas, schismata, rebelliones, defectiones & similes Reipubl. pestes, nam ingratum oderunt omnes boni, ingrato nemo cum affectu seruit. D. ab Efferen. dict. loco. & qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius, Prouerb. 17. vers. 13. vnde rectè dicit Plautus, in Persa, nihil eum amare, qui hominem ingratum amat; & alias dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

xxxviii. Cum optimus inter homines thesaurus sit fides, non immeritò queritur, an Princeps Christianus teneatur seruare fidem? Quod licet politici idololatriæ, sub hac distinctione, nisi ratio status aliud exigat, tunc Principem lege necessitatis à pactis absolui, asserant, nos tamen fidem etiam hostibus datam absolutè seruandam statuimus. per l. 1. prin. l. 5. ff. de pactis, quia graue est fallere. l. 1. & l. illud. 25. ff. de constitut. pecun. l. 1. §. 4. ff. deposit. & qui fidem frangit, perinde punitur ac contra iuramentum veniens, cap. peruenit. 2. & extra de fideiussorib. & fidem non meretur, qui fidem non præstat, cap. frustra. 75. de Reg. Iur. num. 6. Hieron. Schurff. vol. 2. consil. 72. num. 1. & 2. hinc enim fides ab eo dicta, vt fiat id quod promissum est, Cic. lib. 1. offic. Inde que templum fidei Romæ erectum fuit, Schneid. ad princ. instit. de fideicom. hereditatib. num. 5. nisi tamen id quod promissum est, expressè malum & impium esset, c. in malis. 5. caus. 22. qu. 4.

xl. Hinc noua & elegantissima subsequitur quæstio, an nimirum Principi Christiano fas sit, pro se, suorumque bonorum tutela fœdus inire cum infidelibus, iisque amicitia iungi, & ab iisdem aduersus alios Principes Christianos auxilium petere? Cuius sententiæ affirmantes, licet non desint, ex l. vt vim. 3. ff. de iust. & iur. l. 4. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 3. ff. ad legem aquil. quod ignoscendum sit ei, qui qualiter: quaüter sanguinem suum redemptum voluerit l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consciuer. cap. Dom. pen. caus. 23. quæst. 2. cum &

canes in Ecclesia propter bonum pacis tolerantur, *c. quidam, 18. caus. 23. qu. 4.*
 Ota. Ofascus *disput. sua super hac qn. num. 1. 2. 3. & seqq.*
 l. Quibus tamen non obstantibus, contrariam sententiam, utpotè & Iure
 veriore & in conscientia tutiore, esse seruandam statuimus, ratio est, quia
 quando agitur de materia peccati, nullæ leges, consuetudinesve humanæ præ-
 fertim Laicorum Iuri Diuino & Canonico aduersantes attendendæ, sed Ius
 Canonicum, duntaxat, & Diuinum sequi debemus, *cap. fin. extr. de prescript.* O-
 fascus *dict. disp. nu. 21. 12. & seqq.* & dicit David *Psal. 1.* Beatus vir qui non abiit
 in consilio impiorum. & in *Psal. 2.* Quare fremuerunt gentes, & populi me-
 ditati sunt inania; nam species desperationis est ad infideles confugere *per text.*
Psal. 17. vers. 28. Ecclesiastici. 12. vers. 13. & grauitè Deus minatur illis, qui sic ad
 gentes infideles pro salute confugiunt, uti patet, *Esaïæ cap. 30. vers. 1. 2. & seqq.*
 & *cap. 31. ibid. vers. 2.* consurget (Deus) contra domum pessimorum, & contra
 auxilium operantium iniquitatem. Ergo ista fœdera nullatenus ineunda sunt,
tot. tit. Cod. quæ res exportari non debet l. pen. & fin. Cod. quæ res vendi non deb. l. 2. Cod. de
commerc. & mercatorib. & Reg. l. 1. tit. 15. Saul ob id grauitè punitus, non enim in
 tribulationibus, quæ bonis sæpissimè ab improbis inferuntur, à Deo, sed ad
 Deum currendum est, cogitantes cum *Sap. cap. 3.* in paucis vexati, in multis be-
 nè disponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se, tan-
 quam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit
 illos, & in tempore erit respectus eorum.

MISCELLANEA.

Cum Respublica ex mutua iustè imperantium & parentium obliga-
 tione ex Iure constet: quæri potest, an Princeps venationes Iure na-
 turali communes ac omnibus hominibus permissas. *Psal. 8. vers. om-
 nia subiēcist. 1. §. fera. 12. Instit. de rer. diu. l. 5. & 7. ff. de acq. rer. dom.* Iure
 subditis interdicare possit? Respond. si ad merum Ius respiceamus vix poterit,
 si autem ad conditionem & statum hominum, communemque necessitatem,
 optimè poterit, *Wesemb. parat. num. 7. vers. vnde usurpatum §. ff. de acquirend. rer.
 dom.*

II. Deinde cum Ius venandi, sit seruitus realis, Castro vel Villæ cohærens
 seu ad possessores quoscunque transiens, *Gail. 2. obseruat. 66. n. & 2.* malè inter
 nobiles disceptatur, utrū possessor prædij istius Nobilis, vel Inobilis sit, sed Ius
 & exercitium venandi omnibus ex æquo secundum qualitatem & quantita-
 tem priuilegij competentis competere, & exercere licere, quia illud Ius non
 ex personis possidentibus, sed ex prædijseorumque qualitatibus metiendum;
*l. vnus socijs 34. ff. de seruis rustic. prædior. l. 2. ff. si seruis vend. Zas. lib. surg. intellect. 1. cap.
 1. num. 24. & seqq.*

III. Quan-

III. Quandoquidem superius, monarchiam in superbiam & tyrannidem facile labi diximus, & cum tyrannus dicatur à vocabulo græco: tyros, quod superbum seu angustiantem significat, ut vult Bartol. in tract. de tyrann. vel etiam à Tyrrheno qui ex Lydio Coloniam in Italiam duxit, alij ab ipsa gente utpotè feroci, & crudeli, ut vult addit. ad Bart. dict. loc. dicit Tyrannum esse qui cum communi Reipubl. non Iure principatur, sed superbia & libidine dominatur. Bart. dict. loc. num. 2. & 3. ibi quinque species Tyrannorum enumerat num. 5. sic Abbas Monasterij qui intrusus vel non Iure principatur, seu tyrannicè regit, Tyrannus dici potest: text. in cap. eum qui 18. de præbend. in 6. Bart. dict. tract. num. 11. in fin. Idem in Patrefamilias in domo crudeliter regente. Bart. d. loco.

IV. Hinc quæritur: si quis tali Tyranno vel Prælato intruso, soluerit id quod Ciuitati vel Monasterio debet, an soluens liberetur. Resp. disting. aut Tyrannus poterat debitori vim seu iustum metum inferre, ratione potestatis, quam exercebat, licet de facto, per se vel per suum Officialem, & soluens liberatur. l. Paula. 27. §. fin. de legat. 3. & l. libero. 21. §. Lucius 3. ff. de annuis legat. text. in terminis in l. nouissime, 7. §. 1. ff. quod falso tutor: si vero non poterat inferre, ut quia debitor erat alterius territorij, aut Ciuitatis, soluens non liberatur, Bart. dict. num. 23.

V. Dubitatur hinc; an Tyrannum occidere aut saltem ei iurare liceat; prius licet allegari, per Andream Gail. 2. obser. 61, nu. 9. videantur affirmare, attamen extra casum summæ necessitatis, quo scilicet aliud remedium non adesset; negamus, posterius verò cum Bartol. in tract. de Guelph. & Hebellin. num. 8. & 9. admittimus.

VI. Imperium Romano Germanicum, Monarchicum cum Aristocratiâ mixtum statuimus, Ioan. Wormser. de Iure public. exercitat. 1. thes. 9. Treutl. 1. thes. 5. lit. E. volum. E.

VII. Idem adhuc hodie, rectè Romanum indigitari, & à Græcis ad Germanos translatum asserimus. Ioan. Naucler. chron. general. 27.

VIII. Pro statibus Imperij Reichs Stände/ habendos eos esse statuimus, qui matriculæ, Imperij inscripti sunt, per l. quicumque 10. C. de cohortalib. Princ. l. 21. de com meatu. Gail. lib. 1. obseru. 21. num. 2.

IX. Nobiles Ordinis Equestris, die Freye Reichs Ritterschafft in Schwaben/ Francken/ vnd am Rhein/ Imperio Romano immediatè subiectos, olim status Imperij fuisse censemus, per ea quæ notat Compiler, præiud. Cam. in verbo, Nobilitas.

X. Ciuitates Imperiales liberas inter Imperij status computandas, & ad Comitata vocandas concludimus, per ea quæ notat Gail. dict. obseru. 21. sub nu. 9.

XI. Construerti posset, utrum alius quam Germanus in Imperatorem eligi posset, quod negamus, nisi vel Patrem, vel Auum, aut Atauum Germanum habue-



habuerit. per l. assumptio. 6. §. 1. ff. ad. Municipal. Schonb lib. 2. polit. cap. 5. vers. Verum.

xii. Fœminas regulariter in feudo non succedere asserimus, etiam communi & promiscuo. Herm. Vultei. lib. 1. cap. 4. num. 2. Feud.

xiii. Legitimos per subsequens matrimonium in Regnis & feudis succedere concludimus, adoptiuos non item §. adoptiuus. lib. 2. feud. tit. 26. quoniam non sunt veri liberi, sed ascititij & commentitij, l. fidei commissum. 76. de condit. & demonstr.

xiv. Fœminas existentia masculorum à feudi successione semel exclusas, in perpetuum exclusas non habemus, l. 1. feud. de success. feud. §. filia vero, Mynz. cent. 5. obser. 74. num. 8. & 9. Gail. 2. obseruat. 148. num. 2. & 3.

xv. Gynæocratiam omninò à bene ordinatis Rebus publicis amouendam statuimus, si tamen lex Regni aut antiqua consuetudo fuerit, patienter ferenda est. Schonborn. lib. 2. polit. cap. 12. cum sit seruitus intolerabilis, & signū Reipub. mox interituræ, d. cap. 12. misera quoque & maledicta dicitur Resp. cui fœminæ & infantes præsumunt Esai. 3. vers. 11. nam

Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æstu.

xvi. Fœmina Nobilis, si nubat viro ignobili seu populari, nihil familiæ suæ detrahere, nec quiquam Marito suo addere potest, cum familiæ suæ caput & finis sit. text. in l. pronuntiatio. 195. §. Mulier. 5. ff. de v. sign. & qui ex illa nascuntur patris in potestate sunt, & sequuntur familiam patris non matris. §. fin. instit. de Patr. potest.

xvii. Nati ex patre Nobili, matre verò ignobili, nobiles sunt, per l. fœmina. 8. ff. de Senatorib. Nou. 150. cap. 2. & l. n. Cod. de Nupt. l. 13. Cod. de dignitatib. plebeius tamen adoptatus à nobili, nobilis non fit, l. 2. ff. vnde cognat. l. 12. ff. ob manumiss. vind. Treutl. part. 1. disp. 2. thes. 10. lit. A.

xviii. Feudum nobile, si ab Imperatore vel Principe concedatur ignobili, Nobilitatem simul concessam omninò arbitramur. Rosenthal. de feud. cap. 2. conclus. 2. num. 6. & cap. 9. conclus. 55. n. 4. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1094. nu. 5. Gail. de arrest. Impe. cap. 6. num. 9.

xix. Controuertitur vtrum nobilitas exercitio mercaturæ amittatur. quod problema esto.

Corollaria.

I Vreconsultos, Medicos in honoribus antecedere nemo dubitat; nam quanto animus corpori, tanto Iureconsultus medico præstat, cum & Sacerdotes vocentur Iustitiæ l. 1. §. 1. ff. de Iustit. & Iure. Abbas Panormit. in cap. ceterum. act. 2. vers. venio ad gloss. de Iureiurand. propt. calum. clandest.

ii. Quandoquidem id quod propriè est legum, attribuitur armis, & quod propriè est armorum, legibus. Proæm. Inst. in princ. ibid. Angel. n. 3. & Schneid. nu. 2. &

2. & vnum alterius opera & auxilio egeat. l. vnic. C. de Iustin. Cod. confirm. Sicut enim tempore belli legibus ad conseruandam disciplinam militarem opus est, ita tempore pacis armorum vsus est in exequendis sententijs, & in puniendis delictis necessarius. l. 68. ff. de rei vind. l. 3. ff. ne vis fiat, & c. l. 2. C. de his qui latron. & leges & arma fraternizent, l. 14. Cod. de educ. diuers. Iudic. gloss. in l. miles. ff. de iud. Hinc iure meritissimo quæritur quis eorum sit præferendus, an doctor, vel miles? & Doctorem præferendum cum Angel. in præmi. Instit. num. 5. & in §. fina. n. 16. de testam. militis. & Cardin. Domin. Tusch. Cond. 550. asseritur. vti & in temporalibus Imperator præfertur Papæ, & in spiritualibus Papa Imperatori arg. cap. cum ad verum, dist. 96. Ang. §. fin. instit. de testam. milit. n. 6. quia Doctor excellens vocatur antecessor Imperatoris. §. 3. præmi. inst. & nulli dubium quod doctoratus sit dignitas. Bart. & text. in l. vnic. §. ideoq. C. de nouo Cod. faciendo. l. vnic. Cod. de profess. qui in vrbe Constantin. docent. ibid. Ioan. de Platea.

III. Iurium Licentiatos pro Doctoribus habendos, eorumque priuilegijs & immunitatibus frui, & titulis insigniri non controuertitur, modo Licentiatii tales immediatè sine nouo examine, de Licentia, quando cumque illis libuerit, ad Doctoratum peruenire possint, vti sunt Licentiatii in Academia Coloniensi promoti, quod tamen in fauorabilibus non autem odiosis procedere asserimus, per notata Rutg. Ruland. de commiss. lib. 1. cap. 14. num. 11. Ios. Nolden. de Nobilitat. cap. 5. concl. 7.

IV. Iudex recusatus sententiam dicens ipso Iure nulliter pronunciat, Gail. lib. 1. obseru. 33. num. 12. Hartm. tit. 16. obseru. 27. Paulin. Berti. Prax. cum Regular. tit. 3. cap. fin. num. 52. & si contra recusantem pronunciauerit, præsumitur animi liuore & studio vlciscendi fecisse; text. in cap. quod suspend. 15. princ. caus. 3. qu. 5. cap. suspicionis 39. de offic. & pot. Iudic. delegat. Didac. Couarr. lib. practic. quest. cap. 26. princ. latè, Paulin. Berti. d. cap. 15. nu. 16. 7. & seq.

V. Iudex bonus videns seu intelligens partes rixari, vel ad arma venire, fauore Reip. & pacis communis vltro non requisitus officium suum interponere, & iurgia litesque pacare debet. text. in l. 3. & l. congruit. 13. ff. de offic. presid. Iason. in l. quod iussit. 14. num. 35. ff. de re iudicat. Iacob. concennat. lib. 1. qu. 1. nu. 10.

VI. Iudex ex certis causis & ratione ætatis, paupertatis, status & conditionis, sententiam etiam definitiuam reuocare, corrigere, interpretari & mitigare potest, l. diuus. 7. §. de rest. in integr. l. si accusatorib. 4. Cod. de accusat. l. in causa. ff. de minorib. l. si preses. 6. Cod. quomod. & quando Iudex. Roman. singul. 279. Bart. in l. si ex falsis 42. circa princ. Cod. de transact.

VII. Exceptio quæ sententiam latam directè non impugnat, vti sunt exceptiones compensationis, liquidationis & similes. licet actionem impugnent, etiam post sententiam in rem Iudicatam lapsam locum habet, & executionem omnino impedit. Gail. 2. obseru. 17. num. 9. & 10. & iudex illam admittere

nolens, iniustus est, & pars compensare vel liquidare recusans, iniustam præsumitur fouisse causam, & iniquè obtinuisse sententiam per illa quæ notat Card. Tusch. *lit. L. conclus. 359. pass.*

Inter inæquales & disparis complexionis ad æquales bibere haustus species magna iniustitiæ est. *l. inter artifices. 31. ff. de solutionib. W esemb. in paratit. ff. de iust. & iure. num. 12. in fin.*

Vt Rosa suaue olens spinis miscetur acutis
Sic virtutis honos pungitur inuidia.



DM
Retro ✓





00 A 6293 (1)


ULB Halle
002 925 354


3



Bhs ✓









B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



24



DISPUTATIO EXTRAORDINARIA
Iuridico-Politica,

VERAM ET FALSAM
RATIONEM STATUS PO-
LITICI, EX IVRE PUBLICO ET
PRIVATO DESUMPTAM COMPLECTENS,

QVAM

Diuina fauente Triade

PRÆSIDIBVS ORDINARIIS
Clarissimis & Consultissimis VV.ac DD.

D. ALBERTO RENSING, Cæsaris Insulano, &
D. CONRADO KESSEL, Colon. SS.
L. L. Licentiatis, respectiuè Dictatore
& Fisco dignissimis, &c.

*An peruenista Vbiorum vniuersitate Legum nutrice celeberrima,
publico examini, submittit*

DANIEL AB HATZFELDT zu Schonstein.

Anno M. DC. XXXVII. Calend. Octob.



COLONIAE AGRIPPINAE,

Typis Arnoldi Kempens. Anno 1637.